

mysticam, medicinam, magiam, astrologiam, divinationem, onirocriticam, arithmeticam, al., pertinentia. Inter ea eminent: f. 28 v. — 32 v. Tres et quadraginta sententiae Prophetarum arab., cum paraphrasi turcica metrica ita comparata, ut singulae sententiae disticho reddantur; f. 34 r. — 37 v. Tractatus astrologicus de duodecim animalibus quae singulis annis vicissim praesunt; f. 38 r. — 39 v. *Thā'bir-nāmeh*, onirocritica singulis mensis diebus accommodata, quam Propheta a Gabriele accepisse dicitur; f. 39 v. — 43 v. *Sigir-nāmeh*, tractatus de iis quae membrorum motu tremulo vel subsultu portenduntur; f. 43 v. — 47 v. Narratio de summo Doctore mystico, *Bājezīd El-Bestāmī*, qui sagacissima aenigmatum sibi ab antistite monasterii christiani propositarum solutione et ipsum et monachos ejus ad religionem Muhammedanam convertit (cf. Cod. 202, No. 2); f. 64 v. — 68 v. Tractatus de viginti gradibus eorum qui pro religione militant; f. 68 r. — 82 r. Collectio centum traditionum et totidem narrationum propheticarum illis subjunctarum, quae tamen a librario jam in tertia et vigesima traditione abrupta est; f. 84 r. — 89 r. *Kihābi-Sultān-Ma'hmūd*, tractatus de faustis et infaustis mensis diebus (cf. Cod. 178, f. 60 r. — 62 r.); f. 105 v. — 114 r. Caput secundum poematis (turcici didactici de medicina. Hoc capite de morbis eorumque curatione agitur.

X No. 143. Cod. turc. foll. 140, 14^o, partim char. neschi, partim diwani, partim diwani-neschisi scriptus: 1) Compendium de fide, purificationibus et precibus, e multis auctoribus collectum et *Subul-el-huda* inscriptum. Cf. Cod. 144, No. 6. 2) f. 68 r. sqq. *Duā-nāmeh*, Liber precationum, auctore *Abū's-Saūd*, qui eum summo Veziro *Alī-Pāscha* inscripsit. Opusculum divisum est in praefationem et septem capita, quae precationes a Propheta ipso acceptas et omnibus vitae temporibus et negotiis accommodatas continent. Cf. Cod. 262, No. 2, et Cod. 289, No. 3. 3) f. 87 r. sqq. et f. 115 r. — 116 v. Carmina mystica. 4) f. 92 v. sqq. Preces averruncatoriae et alia theologica.

5) f. 100 v. sqq. Aliud *Duā-nāmeh* Anonymi, abruptum post f. 114 v., ubi septem folia evulsa sunt. Cf. Cod. 144, No. 10. 6) f. 116 v. sqq. Formulae epistolicae.

X No. 144. Cod. arabico-turc. foll. 98, 4^o, char. neschi et diwani-neschisi scriptus: 1) Coranica cum explicatione turcica. 2) f. 2 v. — 3 r. *Fethwa Kemāl-Pāscha-Zāda* de caerimoniis Derwischorum legi Muhammedanae non contrariis, quod complures Doctores subscriptione sua comprobarunt, arab. 3) f. 3 v. — 5 v. Tractatus arabicus, quo idem adversus secus sentientes asseritur. 4) f. 10 r. — f. 22 r. *Feth'Allah Ibn-Mu'hammed Emīn Ibn-Ssadr-ed-dīn Es-Schirwānī* tractatus de ratione Deum colendi (*ibādeth*), turc. 5) f. 22 r. — 25 r. Tractatus arabicus, quo usus caffèi et herbae nicotianae argumentis e lege Muhammedana petitis damnatur. 6) f. 25 v. — 29 v. *Hasan Ibn-Muflī'h-ed-dīnī* epistola arabica ad Doctores Belgradenses de Derwischorum caerimoniis non improbandis. 7) f. 30 v. — 75 v. *Subul-el-huda*. Cf. Cod. 143, No. 1. 8) f. 75 v. — 78 v. Traditiones propheticae de officiis et praemiis mulierum Muhammedanarum, turc. 9) f. 78 v. — 80 v. *Edeb-nāmeh*, tractatus de iis honestatis et decori partibus, quae in communi vitae usu observandae sunt, turc. 10) f. 80 v. — 92 v. Particula ejusdem *Qānūn-nāmeh*, quod in Cod. 48 integrum habemus. 11) f. 92 v. Quaestiones et responsa de jure. 12) f. 93 r. sqq. Excerpta ex illo *Duā-nāmeh* quod in Cod. 143 exstat sub No. 5.

X 145. Cod. arab. foll. 317, 4^o, char. neschi diligentissime scriptus, continens corpus juris Muhammedani, cui nomen *El-Weqājah* (cf. Cod. 81), cum commentario et frequentibus notis marginalibus ejusdem auctoris qui Commentarium scripsit. Cod. abs. A. H. 992 (Chr. 1584). Cf. Cod. 390.

X 146. Cod. turc. foll. 132 (de quibus desunt foll. 12—19), 4^o, char. neschi scriptus, continens partem fabulae de *Rusthemi*, herois Iranii, vita et rebus gestis. Ab initio usque ad f. 66 r. narratur ejus expeditio adversus *Arzjenkum*,